Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25968
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Sic dñe amore tui nominis cordi mo inserendo · pia in no
bis religionis augmenta · ut iustitia nra augeat · et iustitie
scribarum et pharisaeorum superabundet · Qualis autem sit hec reli
gio quam a deo postulam · Iacobus apls in epla sua nos
docet ubi ait · Religio munda et immaculata ap patre
hec est · visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum · et im
maculatum se custodire ab hoc selo · Pupilli dicti sunt quia pa
tre puam s · uidue u quia uiru amiserunt · In pupillis qs
uisitare iubem · boni et iusti sensus possunt accipi · qui
a patre celesti in nobis generantur · quia tunc quasi pupilli
fiunt · cum patre celestem a quo generati sunt amittunt · et in
quada orbitate ab eo deseruntur · Hos pupillos uisitare de
bemus · quia magno studio ad hoc est insinuandum · quemus
bonos et iustos sensus iugiter in nobis aggregemus et repare
mus · Visitande sunt et uidue · In uiduis ut estimo intelligen
de sunt sce et dulces affectiones · quae debent esse sponse uiri mi
ri regis sempiterni · quae dulces affectiones tunc uidue fiunt · cum
sponso suo et uiro suo p uoto et uoluntate sua pfrui non
possunt · Ipsas uiduas · has scas et dulces affectiones uisita
mus · si earum desiderium in quantum possumus adiuuamus ·
et ad amorem uiri sui eas dulcem et delectabilem exsuscitamus ·
Et bene dicit has uiduas uisitandas in tribulatione earum ·
quia inimicum tribulatio scarum affectionum est · cum uiru
suum amittunt · cum quantum libet · extendere se in amore
eius · et pfrui eo quem desiderant non licet · Si autem hos pupillos
et has uiduas nta uisitauerimus · hoc quod sequitur implere
ualebimus · Et immaculatum se custodire ab hoc selo · Ma
cula acquirit homo coram dno · si bona opa agit · et inde
laudes transitorias hominumque amicicias requirit · Si ille
se immaculatum custodit ab hoc selo · quia [illegible]
[illegible] · et qd